BIBLIA VETERIS TESTAMENTI
Klosterneuburg, um 1310/1315
Seite 31r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=851
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

dedit illi & testimentum suum confirmauit
super caput iacob. Agnouit eum in benedictio
nibus suis. & dedit illi hereditatem. et diuisit illi
partem in tribubus duodecim. Et conseruauit
illi homines misericordie inuenientes gratiam in
oculis omnis carnis.

XLV

Dilectus deo et hominibus moyses cuius
memoria in benedictione est. Similem
illum fecit in gloria sanctorum. et magnificau
uit eum in timore inimicorum. et in verbis suis
monstra placauit. Glorificauit illum in conspec
tu regum. & iussit illi coram populo suo. et os
tendit illi gloriam suam. In fide et lenitate
ipsius sanctum fecit illum. & elegit eum ex omni
carne. Audiuit enim eum. & vocem ipsius. et in
duxit illum in nubem. Et dedit illi coram pre
cepta. & legem vite. & disciplinie docere iacob te
stamentum. & iudicia sua israhel. Exceltsum
fecit aaron fratrem suum. et similem sibi de
tribu leui. Statuit ei testamentum eternum
et dedit illi sacerdocium gentis et beatificauit
illum in gloria. Et circumcinxit eum zona iu
stitie. et induit eum stola glie. & coronauit eum
in uasis virtutis. Circumpedes & femoralia
& humerale posuit ei. & circumcinxit eum tin
tinnabulis aureis plurimis in gyro. dare sonitum
in incessu suo auditum facere sonitum in
templo. in memoriam gentis sue stolam sanctam
auro iacinto & purpura opus textile iuri sa
pientis. iudicio et ueritate predito. torto coccio
opus artificis gemmis pretiosis figuratis in
ligatura auri. & opere lapidarij. sculptis in me
moriam secundum numerum tribuum israel.
Corona aurea super mitram eius expressa sig
no sanctitatis. gloria honoris & opus virtutis
desiderio oculorum ornata. Sic pulchra ante
ipsum non fuerunt talia. usque ad originem. Non
est induitus illa alienigena aliquis. sed tantum
filij ipsius soli & nepotes eius per omne tempus
Sacrificia ipsius consumpta sunt igni cotidie
Conpleuit moyses manus eius & unxit illum oleo
sancto. Factum est illi in testamentum eternum
& semini eius sicut dies celi. fungi sacerdocio et
et habere laudem. & glorificari populum suum in
nomine suo. Ipsum elegit ab omni viuente offer
re sacrificium deo. incensum & bonum odorem in
memoriam placare pro populo suo. Et dedit illi
in preceptis suis potestatem in testamentis iudicio
rum docere iacob testimonia. & in lege sua lucem da
re israel. Qui contra illum steterunt alieni. et pp
ter inuidiam circum dederunt illum in deserto ho
mines qui erant cum dathan & abyron. et congre
gatio chore in iracundiam. iudit dñs deus et nõ
placuit illi et consumpti sunt in impetu iracun
die. Fecit illis monstra & consumpsit illos in fla
ma ignis. Et addidit aaron gloriam. & dedit illi
hereditatem & primicias frugum terre diuisit illi
panem ipsis in primis parauit in satietatem.
Nam et sacrificia dñi edent que dedit illi & semini
eius. Ceterum in terra gentes non hereditabit
et pars non est illi in gente. Ipse est enim pars
eius et hereditas. Phynees filius eleazari ter
cius in gloria est imitando eum in timore dei. et
stare in reuerentia gentis. In bonitate et alacri
tate anime sue placuit deo israel. Ideo statuit il
li testamentum pacis. & principem sanctorum & gen
tis sue. ut sit illi & semini eius sacerdocij digni
tas in eternum. Et testamentum dauid regis filij
yesse de tribu iuda. hereditas ipsi et semini eius
ut det sapientiam in corde nostrum iudicare
gentem suam in iustitia. ne abolebitur bo
na ipsorum & gloria ipsorum in gente eorum in eternum fiet.

XLVI

Fortis in bello iheSus
naue successor moysi in prophetis. qui
fuit magnus secũm nomen suum. maximus in
salutem electorum dei. expugnare insurgentes
hostes. ubi sequeretur hereditatem israel. Qui
gloriam adeptus est in tollendo manus suas &
iactando contra ciuitates triumphas. Quis audi
uit illum sic resistit. Nam hostes ipse dñs peruasit.